

*Tu vixisti aliquot per lustra subactus in aula,
Undique queis turget irrequieta, dolis,
Civiles etiam novisti ex ordine causas,
Nostras praterea res beneficidus amas,
Hinc patriæ, hinc aula pote consuluisse labori,
Sit precor illa actis sarta, sit ista tuis.*

JOANNI SEILERO
Syndico eruditissimo.

*Vive ô jus Iuris, vive Astrea acer ocelle,
Vive, & te longi temporis inde rotis,
Annuit annosi antidea annuus annulus anni,
Et te pro patriæ vivere amore jubet.
Deflemus patremq; tuum, patrisq; gubernæ,
Mors ejus vitæ meta sit una tuæ.*

MELCHIORI PÖPLERO
Collegæ Theologo.

*Theiologa, Pöplere meus, fax prævia Suada,
Quem Dominus sanctas efficit ire vias,
Vellem equidem venti cælestis janitor anni
Me faceret dignis te celebrare modis,
Dum Salvatoris natalia læta recentas,
Cuninaq; moves pendula clostra Dea:*

Sed